

Terra u-
sus.

Terra qua
lis.

res et in partibus interioribus. Terra uerò non uiuit, quã
quam est uiuētīū sedes. Et si uera scribat (nihil enim affir-
mo, sed dubito) Erastus, quī stabit Physicum illud, ab om-
nib. receptū, esse terram frigidam, siccã. Non ergo cali-
da, humida. Nam id sequeretur, si calorem insitum om-
nia absoluentem haberet. Quis uerò & quantus hic ter-
ræ calor? quos emittet in cœlum uapores, cum neque te-
nues pruinas ac leuissimas niues dissoluat? Hæc enim si
soluantur, à solis ui, non terreno calore soluantur.

PARS TERTIA.

Transitio

Cap. 1.

Dissidiū de
Cometæ
materia.

Mizzaldus
ineptus

A T Q V E de Erasto satis, & contra Peripateticã scholã
abūdē, ut puto, disputatū est. Ad Astrologos redeamus,
cum quibus de Cometarū effectibus ac pernīcie, uel bo-
nitate ac propria natura disputandū est. Veruntamē, quã
de eorum opinione ago, prius rem unam eamq; singula-
rem narrabo: unde Mezzaldi, qui de Cometa, laboriosè
scripsit, acumen apparet. Legerat homo ueteres in-
ter se disensisse de cometæ natura. Viderat, quæ Aristote-
les, quæ Seneca recensent. Esse dubium de Cometa, nun-
quid ex æthere uel elemento sit: hoc est, nūquid stella sit,
aut ex radiorū continuatione ab ipsis stellis, uel ex fumis
terrenis. Ipse uerò Mizzaldus, post longã de hac re qua-
stionem, ita controuersias dirimit. *Esse Cometam cum cele-
stem tum elementarem à celo, quatenus cœli uirtus excitetur,
& sui planctæ gressum sequatur. Elementarem autem, quod ex
materia elemētari et proinde corruptibili coalescat.* Verba uiri
attuli. Vides, Dudithi, singulare in homine iudiciū esse.
Sciūt omnes, fatētur omnes à cœlo esse, à Deo quæcūq;
fiūt. Vidēt Cometã, uel in cœlo, uel nō longe à cœlo ei-
se. Cursum uidēt rei ferē cœlestis. De his dubitare nō pos-
sunt: de natura ipsa nō de accidētib. quærūt. De ipsa una
materia